

Urkunde Nr. 130 bis 139

Objekttyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz**

Band (Jahr): **61 (1906)**

PDF erstellt am: **15.08.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Nr. 130.

1271, 2. August.

Die Grafen Gottfried und Eberhard von Habsburg genehmigen den Verkauf einer Hube in Etzelwil durch Rudolf von Galmthon an das Stift Münster.

G. et E. Comitum de Habsburg vniuersis presentium auditoribus salutem et notitiam in futurum. Fidelium | nostrorum uoluntatem fauore beniuolo prosequentes, contractum uenditionis habitum inter Rvdolfum de Galmthon, | nostrum fidelem, ex una, et honorabiles viros — — Capitulum Ecclesie Beronensis, ex parte altera, super Manso qui | vulgariter Hÿba dicitur, in Ezelnwile sito, ratam habentes et acceptam — — vxore et socra | predicti R. assentum sponte prebentibus, et eadem bona legitime resignantibus; prout nostra interest, | confirmamus, jure et consuetudine nobis competente, robur et firmitatem prestantes in omnem | euentum; quo minus id, quod prouide factum est, ualeat infirmari. In cuius facti euidenciam hab litteras | sigillorum nostrorum impressiõibus concessimus communital. Acta sunt hec anno domini M.^o C^oC^o. LXXI^o. | Quarto Nonas Augusti, Indictione XIII.^{ta}

Die Siegel fehlen.

Copie im Liber crinitus fol. 23.

Druck: Herrgott, Geneal. II, 429. Vergl. I. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde II, 1, 505.

Nr. 131.

1272. 1274.

Stiftung der Kaplanei St. Johann im Münster durch den Chorherrn Ulrich von Arburg, Bestätigung durch den Propst.

Vniuersis in Christo fidelibus presentium auditoribus, Vlricus de Arburg, canonicus Beronensis Ecclesie, noticiam subscriptorum. Que pietatis aguntur studio, ne successu temporis aliqua interueniente | calumpnia deformatur, expedit ea scripture testimonio perhennari. Nouerint igitur presentes ac pos-

teri, quod cum saluti proprie perspicere cupiens redditus quin-
 que librarum de meis proprie- | tatibus ad altare Sanctorum
 Johannis Baptiste et Johannis apostoli et Evangeliste libere
 resignaverim, Honorandi in Christo Domini R. de Froburg,
 prepositus et Capitulum Ecclesie antedictae michi | potestatem
 conferendi predictum altare libere tradiderunt. Quod quidem
 altare de jure et de facto vacans contuli Hugoni sacerdoti
 liberaliter et absolute, adiectis tamen ipse prebende ho- | nestis
 condicionibus, que sequuntur, videlicet, ut prebendarius ipse
 altaris, quicumque pro tempore fuerit, residenciam juret in hac
 ecclesia. Diuinis officiis et horis canonicus intersit. Dum-
 modo | commode interesse potuerit. Quociens autem persuadet
 pietas, aut deposcit utilitas euagetur aliquorsum, ad maius
 sex, septemve dierum spacium sibi teneat libenter indultum. Et
 velociter ex- | peditus ad altaris officium revertatur. Duasque
 missas in ebdomada celebret, vnam in honore Sanctorum pre-
 dictorum Johannis Baptiste et Johannis Evangeliste, alteram
 in honore Sanctorum confessorum | Galli et Arbogasti, vel sal-
 tem ipsorum memoriam si tempus exposcit, faciet per collectas.
 In sequenti vero septimana altera illarum missarum postposita,
 de Beata virgine missam deuote celebret | nisi forte tres missas
 deuotius singulis ministrat septimanis. Idem etiam sacerdos et
 sui successores nullatenus debent in habente curam animarum
 beneficio plebanatus aut viceplebanatus nomine mi- | nistrare.
 Sed dum taxat in hoc altari diuina fideliter, ut dictum est,
 celebrabunt. Prenotatis insuper est adiectum, ut si me super-
 stite dictum sacerdotem Hugonem cedere vel decedere | con-
 tingerit alteri persone ydonee memoratum altare conferendi
 liberam habeam facultatem, Tunc primum et deinceps con-
 clusis prescriptis condicionibus cum juramento. Postquam
 vero diem extremum | clausero ad custodem predictae Ecclesie
 Beronensis, qui pro tempore fuerit, eiusdem altaris collatio sub
 antedictis conditionibus sine dolo custodiendum inuolabiliter
 deuoluatur. Qui, si infra mensem a tempore vacationis | ydone-
 um neglexerit instituere sacerdotem, jus collationis in prepo-
 situm et presentes tum canonicos cadat, quia nichil uolo juris

in altari conferendo per residentiam absentibus pertinere. Si vero prepositus et canonici tum presentes infra alterius mensis spatium jure ad eos delato ut neglexerint, iuxta conditiones superscriptas institutio sepedicti altaris ad Dominum Constantiensem episcopum deoluatur. Qui conditiones antedictas sine dispensatione qualibet suam procuret in animam observari.¹⁾

Eft etiam adiectum prehabitis et prouifum, ut coloni possessionum subscriptarum, qui pro tempore fuerint, censu grauiori per aliquem nullatenus onerentur, nec etiam a dictis eiiciantur possessionibus, quamdiu de solutione census iam impositi, nec aliter imponendi, sufficientem prestare poterunt cautionem. Et predia possessa in cultura debita non defraudentur. Aduocatum quoque eidem possessionibus prepositum constitui perpetuo Beronensem. Hoc pacto, ut pro suo jure videlicet aduocatie tantum vno pullo et auene solo quarterio²⁾ de singulis possessionibus altari pertinentibus, singulorum spatium, sit contentus. Nullo modo statutum hoc transgrediens in excessu. Sunt autem hec possessiones cum possessori- bus. In Ebenüt due Scoposse reddentes V. modios auene, 1 modium siliginis

¹⁾ Im Cod. N. 41, fol. 13, Liber Capellanorum, findet sich eine Copie vom Jahre 1562 die anhebt: In nomine domini amen. Diese Abschrift endet hier, dann folgt der Schluß: Ut autem hec premissa firmiter obseruentur, present scriptum etc, doch ohne die Genehmigung von Seite des Propstes.

Im Staatsarchiv Luzern findet sich eine deutsche Uebersetzung dieser Urkunde aus dem 15. Jahrhundert.

Ulrich von Aarburg († 1272, Jahrzeitbuch von Münster, Geschichtsfreund V, 87, 128) war auch Kirchherr zu Büren, da das Jahrzeitbuch dieser Kirche sagt, 27. Juli. Dominus Volricus de Aarburg Canonicus Beronensis, et Rector hujus ecclesie. Geschichtsfreund XV, 277. Vgl. Neugart, Episcop. Constant. II, 459.

²⁾ Im Liber crinitus fol. 32 steht: unico quartali.

curialismenſure, VIII¹⁾ ſolidos denariorum et aduocato vnum pullum et vnum quartale auene. Ibidem due ſcopoffe reddentes VI²⁾ ſolidos | Denariorum, aduocato vero | pullum et vnum quartale auene, quas poſſidet — — dictus Chramer. Priores duas poſſidet Vlricus de Wicgen. In Winninchon due ſcopoffe, reddentes VI quartalia Spelte curialis Menſure, V. ſolidos | Den., porcum X. ſolidorum³⁾ et aduocato vnum | pullum et | quartale auene, quaſ poſſident L. de Lengenöwe et Vl. filius ſuus. Ibidem vna Scopoffa reddens vnum⁴⁾ malterum ſpelte et auene equaliter. | Diuiſionem porcum VIII. ſolidorum quam poſſidet Jo. de Lengenowe. Reddit etiam aduocato vnum pullum et vnum quartale auene. Ibidem vna ſcopoffa, que reddit vnum porcum VIII. ſolidorum et aduocato | vnum pullum et vnum quartale auene, quam (colit?) dictus Hellinchon. Eſt autem in illius⁵⁾ optione. X. ſolidos dare XIII diebus ante feſtum Andree pro porco, vel in ipſo feſto dare porcum VIII. ſolidorum. | In Chrvmbach due ſcopoffe, que reddunt duo maltera ſpelte et vnum auene et vnum modium fabe et ordeï, et quator ſolidos Denariorum et aduocato ut ſupra. Quaſ⁶⁾ poſſidet Ar. de Rinvelden. In | Hvntzingen due Scopoffe⁷⁾, que reddunt duo maltera ſpelte et vnum malterum auene et aduocato vt ſupra. Eccleſie vero de Heremitif II. ſolidos, quas poſſidet Bv. Inſuper de communi granario Beronenſi | Capituli quinque mal-

1) Liber crinitus: quinque ſolidos denariorum et jus aduocatie.

2) Liber crinitus: VIII. ſolidos. denar. cum cenſu. Item in Wikon.

3) Daſelbſt pro cenſu aduocatie. Das folgende fehlt.

4) Daſelbſt que reddit vnum porcum VIII. ſolidorum cum cenſu aduocatie. Das Folgende fehlt bis Eſt autem.

5) Liber crinitus: coloni.

6) Dieſer Satz fehlt im Lib, crinit.

7) Im Liber crinitus ſteht dafür: vna ſcopoſa et dimidia, que reddit II maltera ſpelte et | auene cum cenſu aduocatie; inſuper eccleſie Heremitarum; II. ſolidos cenſus annui annone poſſeſſionum omnium ſupra ſoluuntur menſura curiali. Vt autem premiſſa firmiter obſeruentur — wie im Urkundentexte, doch ohne die nachfolgende Genehmigung des Propſtes von 1274.

Liber crinitus fol. 32 und 41.

tera spelte curialis menfure, et porcus, qui vulgo dicitur Hvb-
parg, et cottidie ftaupus vini dimidius, et vnum Malterum
tritici curialis menfure de bono fito in Efche et octo quartalia
| spelte et auene curialis menfure de bono in Nidernadelfwil,
qui ad lumen ipfius altaris miniftrantur, omnia fimiliter altari
proventus pertinentia sacerdoti prehabito fuifque fuccefforibus
conferentur. Quod propria cautela | feci, ne quicquam altari
fui iuris depereat annotari. Vt autem premiffa, que caritatis
ftudio ordinavi firmiter obferuentur, prefent fcriptum honora-
bilibium in Chrifto capituli Beronenfis Ecclefie Sigilli | Caractere
roborau. Acta funt hec anno Domini M^o. CC^o LXXII^o. Nos
igitur T. de Hallewil, prepoſitus Beronenfis ecclefie, hanc or-
dinationem legitimam cognoſcentes noſtro Sigillo | ipſam ad
maioſem cautelam duximus confirmandam. Datum et actum
Berone anno Domini M^o CC^o LXX^oIII^o,^o Indictione II.

Die beiden Siegel ſind wohl erhalten.

Nr. 132.

1273, 27. Jänner. MÜNSTER.

Tauſch zwiſchen dem Stift MÜNSTER und Herrn Berchtold,
Leutprieſter zu Seckingen und Chorherrn zu MÜNSTER, um
Güter in Oltingen gegen Zinſe in Togelzwil.

Dietericus de Halwile, prepoſitus, totumque capitulum
ecclefie Beronenfis. Omnibus prefentem cedulam inſpecturis
noticiam ſubſcriptorum. Cum bone memorie Swikerus, noſter
quondam concanonicus, anime fue ſaluti propiciens, quaſdam
poſſeſſiones in Oltingen fitas, quas poſſidet Ita vidua cum Jo.
filio ſuo dicto an den Gaſſun, qui etiam hactenus Ecclefie
noſtre fuerant, III. denarii cenſuales, poſt obitum fui diem
anniuerſarium celebrando comparaffet Ecclefie Beronenſi, vir
honorandus Berchtoldus plebanus Sekonenſis, noſter concano-
nicus deſiderat commutationem fieri de predictis poſſeſſioni-
bus tamquam ab ecclefie noſtra remotis pro redditibus decem
ſolidorum equalentibus predictarum poſſeſſionum portioni,
quos prebendarius capelle ſancti Nicolai, qui pro tempore
fuerit, de poſſeſſionibus in Tobolzwil fitis, ſingulis annis cam-

merario nostre ecclesie in die anniuerfarii predicti Swigeri perfoluit, diftribuendos in hunc modum, videlicet ut canonicis tum refidentibus feptem folidi more folito, prebendariis vnus folidus, duo vero pauperibus tribuantur. Et fi per hanc commutationem, ut pote rationi confonam, poffeffiones memorate videlizet in Oltingen fite, pro anniuerfario fepedicti fratris fui Swikeri cedant ecclesie Sekonenfi, vbi etiam fepulturam nofcitur elegiffe. Redditus autem decem folidorum, ut fupratactum eft, Beronenfi ecclesie deputantur. Nos itaque defiderio memorati Berchtoldi, utpote rationabili acquiefcere cupientes commodo utriufque ecclesie penfato commutationi prefate legitime facte noftrum unanimem adhibemus affenfum. In cuius facti euidenciam prefens fcriptum eft confectum et noftrorum sigillorum Karactere confignatum. Acta funt hec Berone, anno domini M^o. CCLXX. III. VI^o. Kalendas Februarii. Indictione prima.

Liber crinitus fol. 29.

Nr. 133.

1273, 5. Juli, MÜNSTER.

Jahrzeitftiftung des Chorherrn Hugo von Jegisdorf.

In nomine domini amen. Que pietatis aguntur ftudio, pio funt utique favore fidelium profequenda. Ad fuccurrendum itaque et confulendum labili hominum memorie, fcripturarum remedia funt inuenta. Nouerit igitur tam prefens etas quam futura pofteritas, quod ego Hugo | de Jegiftorf, prefpiter et Canonicus Ecclesie Beronenfis, in recompensationem Beneficii percepti, imo in multiplicationem talenti a beato Michaele archangelo michi traditi, ut firmiter fperare poffim audire illud ewangelium, quod seruo fideli promiffum legitur, quia in pauca | fuisti fidelis fuper multa te conftituam. Et illud: Intra in gaudium domini tui. Que mente concepi diuina, adiuuante clementia opere adimplebo. Statuens utique et testans, ut de Decima in Kulembe reddente vndecim modiis Tritici et quindecim modiis Sili- | ginis et viginti tribus modiis Tritici, qui annuatim a Spicario Dominorum mihi debent miniftrari,

quia ipfos propriis sumptibus comparavi ab Ecclesie Beronensi. In remedium anime mee ac parentum meorum fiat diuisio inferius subnotata. Videlicet in die anniuerfarii mei | tria quartalia tritici Canonicis tum presentibus et sepulcrum meum more solito uisitantibus et Prebendariis ipsius Ecclesie vnum quartale tritici in pane et vnus modius Tritici ipsis Canonicis pro vino et II. modii Siliginis in panem comunem redacti | pauperibus a Camerario, qui pro tempore fuerit, fideliter erogentur. In diebus uero subnotatis, videlicet in vigiliis Purificationis, annunciacionis, assumptionis, Natiuitatis beate et gloriose semper virginis Marie, ac utriusque festi Michahelis archangeli omniumque sanctorum, Johannis Baptiste | Beate etiam Katherine virginis ac Martiris annis singulis prior missa pro commemoratione omnium fidelium Defunctorum in altari publico celebretur et uisitatio Sepulcri mei, sicuti moris est, fiat, et quolibet dierum prenotatorum tria quartalia tritici Canonicis et vnum quartale prebendariis, | ut supra dictum est, et vnus modius Siliginis pauperibus erogetur. In diebus autem Palmarum, Cene domini, Paratcheues, Sabbati sancti Pasche singulis tria quartalia tritici Canonicis presentibus et vnum quartale tritici Prebendariis in Pane et vnus modius Siliginis pauperibus | tribuantur. Ceterum in qualibet prima feria secunda cuiuslibet Mensis memoria mei in vigiliis, Missa pro defunctis et uisitatione mei Sepulcri agatur et ipso die Canonicis III. quartalis et prebendariis vnum quartale tritici, qui misse interfuerint, quam in publico altari celebrari | volo, distribuatur. Ad honorem uero viuifice et sacrosante Crucis statuo de Redditibus mihi debitis, ut Cruci, que supra maius altare extenta videtur, vnus modius Tritici ad Lumen, quod sibi alias ordinatum esse scitur, augeatur, ut inde melius honoretur. Hec | autem omnia, que pietatis ordinaui studio, quia ab Ecclesie Beronensi ipfos redditus de propriis facultatibus comparavi, uolo Camerarium, qui pro tempore fuerit, a cellerario tunc temporis exigere et prout ordinaui supra fideliter adimplere. De bono uero in Entlibuoch, quod ob illo de Bernstos comparavi de quo XI. solidi | redduntur,

possidens aram beate Katerine virginis eidem are pro sui ualore lumen ministrabit. Verumtamen de Bono in Werdinger, de quo viginti quatuor solidi usualis monete redduntur, hic ordinaui, ut in die anniuerfarii VI. de Jegiftorf, Militis, patris mei, quod in uigilia | Mathie apostoli est, in die anniuerfarii Mezze, matris mee, quod est in uigilia Valentini, et in die anniuerfarii fratris mei C., quod est in Craftino Exaltationis Sancte Crucis, et in die anniuerfarii fratris mei Berchtoldi, quod est in uigilia Sebaftiani, fingulis annis Miffa pro defunctis | celebretur et in eidem diebus de denariis prescriptis III.^{or} Solidi Canonicis tunc presentibus et II. Solidi in pane pauperibus erogentur. Hanc igitur ordinationem si, quod deus auertat, me intestatum decedere contigit, ratam esse uolo, et sine omni diminutione obseruandam. Si autem diuina | maiestas spatium uite mihi indulserit et finem uite cum deliberatione concefferit, saluum mihi esse uolo arbitrium testamentum presens mutandi, augendi, seu minuendi. Ut autem hec ordinatio mea in perpetuum stabilis maneat et inconuulsa, presens memoriale fieri | procurauit et ad maioris roboris firmitatem et ad euidenciam ipsius facti exemplum ipsius Sigillis uenerabilium dominorum D. de Halwil prepositi et Capituli Beronensis pecii consignari. Nos D. de Halwil prepositus et capitulum Ecclesie Beronensis pie | uoluntati honorandi uiri dilecti Canonici nostri, domini H. prenotati, annuentes, presenti memoriali Sigilla nostra duximus adpendenda. Acta sunt hec Berone anno domini M^o. CC^o. LXXIII^o. In- | dictione Prima. III. Nonas Julii.

Neben dem sehr zierlich geschriebenen Original besitzt das Stiftsarchiv noch ein flüchtig geschriebenes, besiegeltes Duplikat, das folgende Varianten zeigt:

Hiegestorf, Michahale, Culembe, Berenstorf, Weringigen, Jegestorf, Hallewil.

Indictione prima, tertio Nonas Julii.

An beiden Ausfertigungen ist das Kapitelsiegel ziemlich wohl erhalten, das Siegel des Propstes aber beschädigt. Das-

selbe trägt die Inschrift: † Tietrici De Hallwile PPO | ECLIE
BERONENS.

Ein drittes Exemplar in Fasc. 64, N. 2.

Copie im Liber crinitus fol. 29.

Gedruckt mit Erläuterungen über die Ortsnamen nach dem Original im Anzeiger für Schweizerische Geschichte 1871, I, 138—139. Font. Bern III, 40—42. Vgl. Neugart, Episcop. Constant. II, 461.

Nr. 134.

1273, 29. Oktober, Achen.

Schirmbrief König Rudolfs für Münster.

In Nomine Sancte et Indiuidue trinitatis. Amen. Rū-
dolfus dei gratia Romanorum Rex Semper Auguftus. Per pre-
sent scriptum notum facimus tam presentibus, | quam futuris,
quod nos de solita gratia et consueta, benignitatis nostre cle-
mentia, Ecclesiam Beronensem, sitam in Episcopatu Constan-
tionfi, sub nostra speciali protectione et | defensione recipimus,
tam clericum, quam ceteros homines suos, necnon omnes posses-
siones et Jura ad eandem Ecclesiam pertinentia, confirmantes
eidem omnes bonos usus | et bonas consuetudines, quibus
olim tempore Domini Friderici et Domini Heinrici ac Domini
Friderici secundi Imperatorum, necnon aliorum predecessorum
nostrorum Imperatorum et regum | vti consuevit. Insuper
etiam advocatiam predictae Ecclesiae ad manus nostras recipimus,
vt nulli decetero, nisi nobis, teneatur de advocatia respondere.
Decernentes, vt bona | eiusdem Ecclesiae, nulla necessitate in-
cumbente, possint ab Imperio vlllo modo alienari. Mandamus
igitur firmiter statuentes, vt nullus amodo prefatam Ecclesiam
de | predictis omnibus, aut aliquo eorum, offendere uel mo-
lestare presumat. Ad cuius nostre protectionis et confirma-
tionis memoriam et inuiolabile firmamentum, present scriptum
| fieri fecimus, sigillo nostre celsitudinis roboratum. Datum
Aquisgrani, anno Dominice Incarnationis. M^o. CC^o. LXX^o.
III^o. III^o. Kalendas Novembris | Indictione Tercia. Regni
nostri anno primo.

Das Majestätssiegel von rotem Wachse hängt zerbrochen.

Ein zweites Exemplar, dessen Siegel in grünem Wachs ebenfalls zerbrochen, vorliegt, zeigt folgende Varianten:

ecclesiam Beronensem in Episcopatu Constantiensi sitam
— — vel molestare.

Copie im Liber crinitus fol. 10 und fol. 36, b., 54, b.

Gedruckt bei Herrgott, Gen. II, 438, daraus Fleischlin, Studien und Beiträge II, Urk. 86—87. Vgl. J. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde II, 1, 505.

Nr. 135.

1274, 16. März, Münster.

Exemption des Stiftes Münster von der erzbischöflichen Visitation.

Vniuersis, ad quos presentes littere peruenerint. O, prepositus Mögftadenfis Canonicus Maguntinensis, et H. dictus Slufcelli, Canonicus Thuricensis, uisitatores a venerabili patre dei gratia Maguntinensi archiepiscopo in ciuitate et dyocesi Constantiensi deputati. Salutem in eo, qui est omnium salus. Sciant, quorum interest scire, quod cum nos in officio uisitationis nobis commisso apud Beronam deuenissemus, a domino — — preposito et capitulo ipsius ecclesie cum Reuerentia et honore, qua decebat, extitimus recepti. Et licet dicti — — prepositus et capitulum ratione receptionis, priuilegiorum quoque seu alterius libertatis, quibus suam ecclesiam priuilegiatam dicebant se ab officio nostre uisitationis eximere potuissent, ob reuerentiam tamen venerabilis patris ac domini nostri archiepiscopi tunc Ecclesie Maguntini, se deuotos obediencie filios exhibentes, officio uisitationis nobis iniuncto humiliter uoluerunt subiacere. Protestatione tamen tali, quam et nos admittendam duximus, prehabita pariter et assignata, uidelicet, quod dicta nostra uisitatio nullatenus ipsis, eorum successoribus, seu ecclesie Beronensi possit uel debeat preiudicium generare. In cuius rei testimonium presentes consignauimus nostrorum robore sigillorum. Datum Berone, anno domini M^o. CC^o. L. XX^o. III^o. XVII^o. Kalendas Aprilis. Indictione II^o.

Liber crinitus fol. 10; Liber Erni fol. 6, b. II, 121.

Gedruckt bei Neugart, Cod. Diplom. II, 55, und Episcop. Constant. II, 121 mit irriger Jahrzahl 1124, richtig in Neugart, Episcop. Constant. II, 463 zu 1274, doch auch ungenau. Die irrige Jahrzahl 1124 auch in Will, Reg. der Erzbischöfe von Mainz 1, Nr. 147 und in B. Hidber's Urkunden-Register Nr. 1623. Vgl. Segesser, Rechtsgeschichte II, 856—857; Kopp, Geschichte der eidgenössischen Bünde III. Buch, 484—486.

Nr. 136.

1274, 16. März, Münster.

Verordnung von Propst und Kapitel von Münster über die Rechte und Pflichten der Inhaber von Kaplaneien (Präbenden).

In Nomine Domini amen. Nos T. de Hallwile prepositus et — — Capitulum Beronense, vniuersis horum perceptoribus caritatem in domino cum Salute. Quoniam | labilis est hominum memoria, necesse est, vt que geruntur in tempore, scriptorum testimonio posteris transmittantur. Facta igitur dudum quadam constitutione in nostro Capitulo | videlicet de dimidio vini Staupo cottidie conferendo cuilibet prebendariorum ad altaria per nostram Ecclesiam ad dei laudem constructa, seu construenda, ministrantium | Quamuis nos etiam quoquam casu defectum in vino sustineamus, eandem constitutionem sine diminutione qualibet nunc denuo innouatam — — prebendariis ipsis tam pro | tempore modernis, quam eorum successoribus, sicut pie ac prouide facta est, robore perpetuo duximus confirmandam, eamque ad posteros curamus transmittere fideliter | obseruandam. Vt autem diuini cultus celebritas augeatur et beneficio labor condignus respondeat eorundem terminos condicionum super hoc adiectos, quos et | ipsi fideliter obseruando debebunt attendere diligentur, hic in scripto publico duximus redigendos, vt et nos in ipso scripto qualiter dicti — — prebendarii nostre ecclesie | sint astricti

reperire valeamus, ipsi quoque in eodem reperiant, quid a nobis exigere teneantur. Et sic materia litium, que inter nos et ipsos suboriri posset | penitus amputetur. Tunc enim utrobique saluti consulitur, dum per Ecclesias personis idoneis et Ecclesiis per personas idoneas prouidetur, Et ut intentio testatorum, videlicet | eorum, qui dicta altaria fundauerunt plenius et salubrius obseruetur, statutum fore cum maturitate protestamur, quod Nos T. de Hallwil, prepositus et capitulum Beronense, | seu quicumque pro tempore prepositus et capitulum fuerint, ad quos altarium dictorum pertinet collatio, exceptis duobus altaribus Beati Iohannis videlicet ac Beati Nicolai, quorum | collatio cum quibusdam condicionibus specialiter, ut patet in instrumentis super hoc confectis, ad Custodem Ecclesie nostre pertinere dinoscitur: Nulli penitus hominum conferemus | seu assignabimus altaria prenotata, tam nos, quam — — Custos Ecclesie nostre, nisi qui vice sacerdotii fungens, honeste conuersationis, ac bone vite laudabile testimonium | obtinebit. Quicumque igitur sacerdos ad seruiendum dictis altaribus per nos — — prepositum et capitulum, seu per custodem Ecclesie nostre, fuerint instituti adseruandum condicio- | nes subnotatas, omni fraude, doloque remotis, iuramento corporali se astringent, videlicet, quod residentiam facient in loco personalem. Horis etiam Canonicis | omnibus seu diuinis officiis, tam nocturnis quam diuturnis, que in nostra ecclesia celebrantur, debeant, dum modo comode possint, interesse, alias etiam Ecclesias | nullatenus officiabunt, adiecto quod nullatenus a loco discurrant, nisi necessitatis, utilitatis, seu pietatis causa ad euagandum octo dierum spacio compellantur. | Quod si imminens vrget aut requirit necessitas, licencia, que denegari non debet, a Domino — — preposito, si present fuerit, vel a Canonicis tunc presentibus requisita, | diebus aliis octo continuis, liberam eundi, quo voluerint, habeant facultatem. Est etiam de voto fundatoris expressum, ut altare beati Nicolai non | conferatur nisi sacerdoti nullum beneficium possidenti. Prouiso etiam, quod quicumque prebendarius altaris omnium Sanctorum constituetur, omnes qui sepulturam

in | superiori Ecclesia sibi elegerint, de suo officio priorif
 miffe oblationibus ad ipsum pertinentibus, tenetur sepelire, nisi
 forte talis fuerit persona, per quam | secundum morem con-
 suetum panis cum vino canonicis ministratur. Nam in huius
 modi sepeliendis Dicitur prebendarius lecto ewangelio priorif
 miffe, que ad manus | altare celebratur, tandem missam suam
 tenetur inchoare. Ceterum, quicumque prebendarius altaris in
 cripta constituetur, Ecclesiam de Swarzenbach | ipsi altari
 pertinentem, officiiabit. In cuius rei testimonium et evidens
 argumentum Nos T. de Hallwil, prepositus prenotatus, Sigillo
 nostro nec non | Sigillo nostri capituli presentem paginam
 duximus roborandum. Datum et actum Berone anno Domini
 M^o. CC^o. LXX^o. III. XVII. Kalendas aprilis | Indictione
 Secunda.

An der Urkunde hängt wohl erhalten das Capitelsiegel.

Das Stiftsarchiv besitzt daneben ein von Propst Dietrich
 von Hallwyl und dem Capitel besiegeltes Duplicat, in wel-
 chem folgende Varianten vorkommen: Hallewil; stauco statt
 staupo; nach intentio folgt seu votum testatorum; Hallewil;
 Indictione II.

Die Abschrift im Liber crinitus fol. 32 b—33 folgt dem
 erstern Exemplar; ebenso jene fol. 35, abgesehen von der
 Schreibweise Hallewil, und diejenige auf fol. 54, b.

Das Stiftsarchiv besitzt auch zwei Uebersetzungen dieser
 Verordnung auf Papier von der Hand des Johann Schilling
 „Notarius Imperialis et secretarius Lucernensis,“ circa 1480.

1413, 29. Juli, Münster, beglaubigt Meister Johann Has
 von Bremgarten diese Urkunde.

Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgenössischen Bünde
 II, 1, 486.

Nr. 137.

1274, 4. Juni.

Propst und Kapitel von Münster geben eine Schuposse
 in Zezwil der Familie Walters von Zezwil zu Erblehen. Ver-
 kommnis betreffend eine Jahrzeitstiftung.

Pretereunt anni more fluentis aque. Ea propter nos N. prepositus, totumque capitulum Beronense scire volumus tam posteros quam presentes, quod nos ob nostre ecclesie commodum siue vtilitatem tam presentem quam futuram, vnam scoposam apud Zezewile sitam, quam dudum a domino H. de Kyemberch comparauimus, Walthero de Zezewile, presentium exhibitori, sub annuo censu quatuor denariorum in festo beati Michaelis persoluendorum, iure hereditario tradidimus possidendam, adiectis conditionibus subscriptis. Sunt hec conditiones. Videlicet, quod ipse Wal., Melchtildis vxor sua, Hemme filia amborum, et Wal., ipsius Hemme filius, dictam scoposam sub predicto censu cammerario ecclesie nostre persolueno iure hereditario possidebunt, nec ad aliquos ipforum heredes post ipforum mortem diuoluetur, sed ad ecclesiam nostram Beronensem libere ac pleno iure revertatur, addito etiam, quod post mortem dicti Wal. senioris quicumque ex predictis superstitibus fuerint in anniuersario ipsius Wal. persoluent sex quartalia tritici. Quorum IIII^{or} in pane et vino Canonicis presentibus, duo uero pauperibus in pane distribuentur. Quod si nullus predictorum post mortem ipsius Wal. superstes haberetur, ecclesia nostra dictam scoposam libere possidebit, ea que premissa sunt in eius anniuersario fideliter assignando. In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum anno domini M^o CC^o LXXIII^o, pridie Nonas Junii.

Liber crinitus fol. 27, 46.

Vgl. J. E. Kopp. Gesch. der eidgen. Bünde II, 1, 491.

Nr. 138.

1274, 28. September, Münster.

Verkauf von kleinern Gütern bei Sempach durch das Stift Münster an das Kloster Engelberg.

Nouerint vniuersi presentium inspectores tam presentes quam posteri, quod nos D. de Halliwile, Beronensis ecclesie prepositus, totumque capitulum, delibera- | to ac vnanimi consilio, necessitate pariter ac vtilitate nostre ecclesie circumspecta

volentes quedam bona nostra in loco magis apto seu commo-
 | tranſmutare ſeu ſituare, Rodolfo de Gattewile, preſentium
 exhibitori, procuratori abbatis et conuentus Montis angelorum
 in hac parte loco | et nomine ipſorum bona ſubnotata vendidi-
 mus et libere iure proprietatis, ſicut et nos hactenus poſſedi-
 mus, recepta ſolutione tradidimus poſſidenda. | Sunt autem hec
 poſſeſſiones: Bonum quoddam ſitum apud Leweren, perſoluens
 XII. ſolid, quod poſſedit P. villicus de Kilbûl. Item aliud
 bonum, quod poſſedit P. dictus Luchige chöche ſitum prope
 Sempach,, VII. ſolidos et tria quartalia tritici perſoluens. Item
 aliud bonum, quod te- | nit Wernherus de Luceria, tantundem
 perſoluens et ibidem ſitum. Bona prenotata, recepta ſolutione
 XI. marcharum argenti et unius fertonis, | preſcriptis religioſis,
 abbati et conuenti Montis angelorum, mediante Rodolfo preno-
 tato de Gattewile, iure proprietatis, ut dictum eſt, tradidimus
 | poſſidenda, renuncianteſ omni actioni, omni iuri tam canonico
 quam ciuili, ſeu etiam conſuetudini, que nobis in poſterum ſeu
 etiam noſtris ſucceſſoribus | competere poſſent vel deberent.
 Huius venditionis teſtes ſunt dominus Vlricus de Surſe, domi-
 nus Vlricus et C. frater ſuus milites de Rinaſche, dominus J.
 miles | de Rinaſche, et alii quam plures tam clerici quam laici.
 In huius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus
 appendenda. Datum Berone anno domini | M. CC. LXX. quarto.
 In vigilia ſancti Michahelis.

Das Siegel des Propſtes hängt, das Capitelsiegel fehlt.

Archiv Engelberg. Gedruckt im Geſchichtſfreund LI,
 108—109.

Nr. 139.

1274, 1. Oktober.

Wernher von Arburg empfängt vom Stift Einsiedeln
 eine Schupose in Geuensee zu Erblehen.

Siegler: Der Propſt von Münſter.

P. Gall Morell, Regesten v. Einsiedeln N. 96.